



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXX. Indiculus Regalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

per me venit , & colpus super me misit , & sic mihi Dominus directum dedit , ego ipsum de armis meis percussi , & tales colpus ei dedi pro quib. ipse mortuus est , & quod feci super me fecit , & ego hodie ipsum facio infra damnum & forbatudū infra noctes XLII. sicut lex est & nostra cōsuetudo , apud tres aloarius , & XII. conlaudantes iurauerūt , & linguas eorum legibus direxerunt.

XXX. INDICVLVS REGALIS.

Ille Rex Francorum vir inluster , magnifico fratri illi Comiti . Cognoscas quod iste præsens ille missa petitione suggestit , eo quod homo aliquis nomine ille , res suas in vestro ministerio ad sanctum illum delegasset , & dicit quod ille , vel alij homines ipsas res contendunt malo ordine . Propterea omnino te ro-

Q iiij

gamus, ut si veritas est, integrum tu-
litiam, sine vlla moratione ei facias
exinde. Et si ante te minimè defini-
tum fuerit, tunc ipsos homines, qui
hoc contendunt malo ordine, per
fideiuſſores positos, super noctes
tantas, postquam h̄as litteras reci-
pis, ante nos facias aduenire. T' aliter
ages, si gratiam nostram velis ha-
bere.

XXXI. ITEM ALIVS
indiculus.

ILle Rex Francorum vir inluster
illi Comiti, seu iunioribus atque
successoribus vestris, seu missis no-
stris discurrentibus. Cognoscatis
qualiter in nostra eleemosyna tali
isti praesenti, dum & ipse senex esse
videtur, taliter ei concessimus, ut de
omni hoste vel omni banno, seu &
arribanno sit conseruatus, ut neque
vos, neque iuniores atque succeſ-